MISSALE (FESTIVUM) AD USUM ECCLESIAE NEOCELLENSIS ("POSCH-MISSALE")
Neustift, 1524-1526

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35421
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

bus vobis in vnū: iam
non est dñicam cenam
manducare. Vnusquisque
enim suam cenam presumit
ad manducandū: et ali
us quidem esurit, alius
autem ebrius est. Nunquid
domos non habetis ad man
ducandū et bibendū.
aut ecclesiam dei contem
nitis et confunditis eos
qui non habent. Quid di
cam vobis? Laudo vos:
in hoc non laudo. Ego
enim accepi a dño: quod et
tradidi vobis: quoniam dñs
iesus in qua nocte tra
debatur accepit panem
et gratias agens fregit et
dixit. Accipite et man
ducate: hoc est corpus
meum quod pro vobis tra
detur. hoc facite in meam
commemorationem. Simi
liter et calicem postquam
cenauit dicens. Hic ca
lix nouum testamentum
est in meo sanguine:
hoc facite quocienscumque
bibetis in meam commemoraci
onem. Quocienscumque e
nim manducabitis pa
nem hunc et calicem bibetis:
mortem dñi annunciabitis
donec veniat. Itaque qui
cumque manducauerit
panem vel biberit cali
cem dñi indigne: reus
erit corporis et sanguinis
dñi. Probet autem seipsum
homo: et sic de pane illo
edat et de calice bibat.
Qui enim manducat et
bibit indigne: iudicium
sibi manducat et bibit
non diiudicans corpus
dñi. Ideo inter vos multi
infirmi et imbecilles:
et dormiunt multi. Quod
si nosmetipsos diiudi
caremus: non vtique iu
dicaremur. Dum iudica
mur autem a dño corripi
mur: vt non cum hoc mun
do damnemur. Gr.
Xps factus est pro nobis